tat i ſola dicebat ſaluator patiẽtia ve
ſtra poſſidebitis aiaſ v̄ras. Fortitudo
cõnexa ẽ patiẽtie. Vir patiẽs fortis
eſt aio. Qui patiẽs ꝛ fortis eſt ſecu=
re bona ſeq̃nt᷑ vite ſpare põt Serua
te patiẽtiã i mẽte eãq̃ȝ cũ tp̄ſ eſt exer
cete i opatiõe. Eſt. n. patiẽtia velum
quo i hui⁹ mũdi ꝓcellis nauis veſtra
quocũqȝ flãte ven to ſecure nauigat
nullũ timẽs piculũ. Nullũ v̄ũȝ ad vi
dictã vl' odiũ ꝓximi cõtumelioſa ver
ba cõmoueant.

## De miſericordia erga pauperes.

Sote miſericordes ſic̃ ꝛ pr̄ v̄r
miſicors ẽ q̃ pluit ſup iuſtos: ꝛ
i iuſtos ꝛ ſolẽ ſuũ oriri fac̃ ſup bonos
ꝛ malos iudiciõ ſine miſicordia fiet
illi q nõ fac̃ miſicordiã. Miſicordia
ſup exaltat iudiciũ. Si nõ remiſeritiſ
de cord e v̄ro ill'q offendũt vos: nec
pr̄ v̄r remittet vob'. Suſtinetis inq̃t
apoſtolus ſi qd vos i ſuitutẽ redigit
ſi qs i faciẽ vos cedit ħ n̄ra ſtabilitur
v̄tus: ħ n̄ra merces ꝛ p̄miũ: vt aicos
diligãus i deũ ꝛ inimicos ꝑꝑ deũ ſer
uus ille neq̃ accepta miſicordia cuȝ
ſeruo ſuo denegauit miſericordiã: ꝛ
iõ meruit hẽre ſeueritatẽ inſtitie. Ju
ſtita ſine mia crudelitas ẽ: ꝛ idõ iu=
ſtitie miſicordia miſcẽda ẽ. Lex to=
ta n̄ra i miſicordia ẽ. ꝑꝑ pc̃uȝ poterat
q⁹ȝ nos dãnare d̄us iuſtitia quos ſua
ſaluauit miſicordia: q̃ ꝑꝑ q miſicor
dia nõ indiget xp̄ianus nõ ẽ. Impoſ
ſibile ẽ hoiez fore miſicordez ꝛ piũ ꝛ
irã nõ placare diuiuã. Beati miſicõ
des qm̃ ip̄i miſicordiã ꝯſeq̃nt̃: ſacer
dos ꝛ monachus p̄cipue ſine miſicõ
dia ẽ vt nauis i medio pelagi vndiqȝ
ꝑforata. Vna religio ẽ q̃ caret miſi=
cordia. Paꝝ ꝓdeſt eẽ haitu differẽſ
ſecularib⁹ ꝛ ꝯcors vita: nõ veſtimẽt᷑
ꝛ ordie ſolũ ẽ q̃ ſacerdos ꝛ monach⁹
ſȝ vita. Heu qd dicã: ſepe ex magna
abũdãtia triſtitie bõ multa loq̃t: cer
te mũdus vndiqȝ feruet monachis ꝛ
ſacerdotibus: ꝛ tñ ita ſũt patiſſimi ſa
cerd otes ꝛ mõachi, q̃ vix ĩ cẽtũ vn⁹
repiat̃ bon⁹. Nulla certe i mũdo taȝ
crudel' beſtia ẽ q̃ȝ malus ſacerdos vl'
mõachus. Nã corrigi nõ patit̃: nec
v̄itatẽ unq̃ audiꝛ põt. Et vt breuit̃
dicã om̄s ꝓminet malitia: ſic hi tales
ſacerdotes ꝛ monachi ſolũ habitu: ꝛ
noie: q̃ꝛ vna ẽ religio mũda ꝛ imacu
lata apud deum ꝛ patrem: hec eſt
viſitare pupillos ꝛ viduas in tribu=
latione eorum ꝛ imaculatum ſe cu=
ſtodire ab h⁰ ſecl'o. Heu q̃ȝtũ in q̃buſ
dã ſp̄ũalib⁹ haitu ꝛ noie creuit cupi=
ditas: imo vt v̄ius dicã cã hi⁹ ſp̄ũali
tat᷑ ẽ auaritia. Qui certe ſũt lupi ra=
paces i veſtim̃t᷑ ouiũ: vbi ſacerdos ꝛ
mõachus cupidus ꝛ ſine miſericor=
dia ab eodem pluſq̃ a ſpẽte fuget.
Sunt ꝛ nonnulli qui ſuũ fructũ exti=

UVA. BHSC. IyR_100_2

mãt ecclias ⁊ mõaſteria miro mõ ⁊
ope ⁊ ex paupũ mẽcede edificarꝫ. In
qbus tãta viget cupiditas: vt terrã ⁊
oĩa ſibi deficere putent. Ibi cor: ibi
nĩſi ibi ꝑ ſua cogitatõ ẽ vt aliẽa poſſit
expoliare marſupia. Hos tales ſalua
tor icrepãs ve vobꝭ ingt q edificatis
monumẽta ꝓphetarꝝ. Ecce q mona
ſteria edificãt ecclias miro artificio
aptãt bonũ viderꝫ op⁹ facere. Sꝫ ſi q
dẽ miſⁱcordiã pãupib⁹ faciũt bonũ ẽ
vis vt op⁹ tuũ placeat dõ: fac vt dĩ h
paupes gaudeãt: qd tẽplũ ẽ cari⁹ do
ꝙ hõ. Teplũ dei eſtis vos ingt apo
ſtolus. Cũ paupi manũ tribuis: cuꝫ
viro i ſuis neceſſitatib⁹ ſubuẽis cũ er
rãtẽ ad viã rectã ducꝭ: o ꝙ admirabi
le ⁊ deo gtũ tẽplũ edificaſti: frãge eſu
riẽti panẽ tuũ ⁊ egens vagoſqꝫ iduc
in domũ tuã cũ videris nudũ opi cũ:
⁊ carnẽ tuã ne dſpexerꝭ. Nemo ſe ex
cuſans dicat: nõ hẽo qd paupi fratri
tribuã. Si veſtimẽtũ vel aliqd vltra
extremã neceſſitatẽ poſſides ⁊ pau-
pi idigẽti nõ ſubuẽis fur es ⁊ latro ſu
mus filij ⁊ dilectiſſimi i reb⁹ tpalibuſ
ſolũ diſpẽſatores ⁊ nõ poſſeſſores: ſi
qd ſupfluũ ꝗ alt frat egeat poſſidẽuſ
furãur imo pei⁹ ꝙ q furat ex iopia ⁊
neceſſitate. Iſte tñ vltra neceſſitatẽ
retiet ꝗ cẽtũ viuerẽt q fame peũt. Il
le vni furtũ fac iſte tot ꝗt nõ ꝯdonat
patiẽtib⁹ neceſſitatẽ: dices forte mihi
meũ ẽ nã h mei dimiſerꝫ t mi pẽtes: ſꝫ
ſi h⁹ tui dimiſunt pentes quo tibi po
tuerũt dimitterꝫ qd ſuũ nõ erat. At ſi
ſuũ erat inges: qs ḋdit ſibi: qd i mun
dũ veniẽtes apportaueit: qd recedẽ
tes ſecũ ferũt. Certe ꝗ paupuꝫ poſſi
dem⁹ in die iudicij corã oculꝭ diuie iu
ſtitie vĩdictã exclamabũt: q hꝫ aures
audiẽdi audiat: q mihi nõ vlt crederꝫ
heu ꝙ guit ſentiet cũ diuitie ſue tran
ſierũt i egeſtatẽ. Lex naturalꝭ h⁹ pci-
pit vt qd ab alijs faciãus. Quid aliꝺ
lex vetus pdicat: At euãgelicã pcon
tare vndiqꝫ qd aliud inſinuãt. Uere
corã deo iudice erũt teſtimõia: qd g⁹
dicã his q ſolũ lapides ꝯgregãt mu-
ros erigũt in altitudinẽ: quorꝝ ẽ cor ⁊
cogitatio vt hũanis oculꝭ op⁹ appare
at: laudeꝫ edificiũ ⁊ totã hic ſuã arbi
tranꝫ iuſtitiã. Sũt ẽt aliq q de rapis
⁊ paupuꝫ ſudorẽ oblatiões ⁊ victias
deo offerũt. Tales obligatiões an e
diuinã clemẽtiã nõ parꝝ ſunt abomia
biles. Qui tã inſipiẽs eẽt vt nõ itelli
gat qd talia edificia ñ cedũt ad gliaꝫ
dei: ſꝫ ad mũdi põpã. Sꝫ ſi qs dicerẽt
qd dicꝭ. nõ ẽ bonũ edificare monaſte
ria vt inde honererꝫ dñs. Ad qd ego
bonũ ẽ dũ mõ paupes violẽtiã ñ ſint
paſſi nec iterpellẽt deũ ꝯ nos. Quo
mõ poſſuꝫ edificare domũ deo placi
tã vlꝭ ſctis ei⁹ ex illis pecũijs de qbus
paups plorãt. Qualꝭ iuſtitia põ eſſe
mũerare mõtuos ⁊ explorare viuen
tes ⁊ de indigẽtia paupuꝫ offerre do
Certe ſi hec deo placeret iuſtitia fo
ret ſocius violẽtie: ⁊ ſi hãc a nobꝭ vel
let oblationẽ ꝯſcius fieret in peccato
At ſi deo diſplicet poteſt placere
omnibus ſanctis.

## De diſpoſitone omni-
## um viciorum.

Ua de re filij dileciſſimi
q ... ꝺponẽtes oẽm malitiam
omnem dolum ſimulationes inuidias

UVA. BHSC. IyR_100_2

z oēs detractiones ſicut' mō geniti
infātes rationabiles ſine dolo lac cō
cupiſcite vt in eo creſcatis in ſalutē.
ſi tñ guſtatis qꝛ iuſtus z dulcis ē do-
minus. Veſter ſi nō eritis ſicut par
uuli nō intrabitis in regnū celorum.
Paruulus vidēs pulchrā mulierem
non delectatur ꝑcioſā veſtē intuens
nō deſiderat in iracondiā nō pſeue-
rat. Jis nō recordatur non odit: pa
trē ſequit': matrē nō deſerit. Et ideo
nullus ſe regnū celoꝝ cogitet attin-
gere niſi hanc paruuli inocētiā z ſim
plicitatē imitari ſtudeat. i. caſtitatem
habere mūdū ſpernere fratrē dilige
re z in gremio matris eccleſie ſemp
incūbere. Exuite vos dilectiſſimi fi-
lij veterē hoiem z induite vos arma
turā dei vt poſſitis ſtare aduerſus in
ſidias diaboli. Diabolus nihil i mon
do poſſidet. Expoliati ergo monda
nis rebus muntāeis z cito velut vm
bra labentibus cū mundo pugnetis.
Qui ornatus veſtibus cū nudo aliq̄
luctat' citius ad terrā deiicit: qꝛ vñ te
neat' habet. Vis firmiter cū diabo-
lo dimicare veſtimenta proiicere ne
ſuccumbas. Terrena oia quedā cor
poris indumēta. Qui plus poſſidet
citius vincet' Arma vr̄a pugnaturis
ſint caſtitas: patiētia: humilitas: z ca
ritas Hec ſūt arma aduerſus verſu-
tias diaboli qb' ſi moniti fuerit' acci
genis fortitudine lūbos veſtros z ro
borabitis brachiū veſtꝝ. Fortitudo
z decor idumētū vr̄uꝫ ſit. Et cū eritiſ
i ꝑlio ridebit' nō timebit' a frigorib'
nimis. Et bñ fundata erit dom' vr̄a
ſupra firmā petrā que eſt xp̄s.

## De luxuria.

e Niſis diaboli luxuria. Heu
q̄t illa iterficit rūphea. Nō
eſt aliud pctm̄ q̄ totiēs diabolus vi-
ctor exiſtat. Fugite luxuriā. Nā ſic
virginitas angelis hoiez equat: imo
plus eā āgelū facit imo luxuria hoiez
pluſq̄ beſtificat: z vt ita dicaꝫ multo
peius beſtia eū efficit. De nullo alio
legit' pctō deū dixiſſe ſe penitere fe-
ciſſe hoiez. Hec hui' mūdi facit opa
Corp' debilitat z q̄ſi ſemp eū mor-
te deſtruit famā denigrat marſupia
euacuat furta iſtruit homicidia cau-
ſat memoriā hebetat cor aufert ocliſ
vtriuſqꝫ hois cecat z ꝑ ceteris iram
dei ꝓuocat ex radice gule orit'. Pro
nullo alio ratu tā māifeſtā iuſtitiā ex
ercuit deus ſine miſericordia quātā
ꝓ iſto. Propt' h' nāqꝫ legit' peccatū
deū mūdo idnxiſſe diluiū. Sodomā
z Gomorā cōbuſiſſe z mltos alios
hoies iteremiſſe. Hoc ē rete diab li
Si qs capit' non cito ſoluit'. Jn iſto
tā graui ꝑlio nemo pōt viuere niſi fu
giat. nemo pōt firmiter ꝑdurare niſi
carnē domet. Qui vio vtit' ignē por
tat i gremio. Nolite igt Apoſtolus
iebriari vio i q̄ ē luxuria. Hoc ꝑliū nō
ſuſtinet' niſi i abſtinētia z ieiūio. Vi-
nū nocet: ſꝫ cētuplo vult' mulierum.
Mlier diaboli ſagita ē: q̄ i luxuriam
hō cito trahit'. Nulus in h' ꝯfidat vi
uēs. Si ſcūs es tñ ſecuruſ ñ es Mu
lier viri ꝑcioſā aiaz capit. Nūqd ab-
ſcōdere pōt hō ignē i ſinu ſuo vt ve-
ſtimēta ei' nō ardeāt: aut ābulat' ſup

UVA. BHSC. IyR_100_2

prunas vt nõ cõburãtur plante eius
Hõ ꝛ mulier: ignis ꝛ palea. Diabol⁹
nũquã insufflare cessat ut accedatur
Huius prelij nunq̃ȝ fieret victor nisi
fugiens. Nunq̃ uiro cũ muliere sint
longa colloq̃a Sola nisi simul loq̃ fa
ciat necessitas. Vir mlieris cõcta ſp
nat mũuſcula ꝛ blãda verba si nõ vlt
luxurie capi laqueis. Tanta sit in-
ter uirum ꝛ mulierũ raritas ut alter
alterius nom̃ nesciat. Plurimi iam
ſanctiſſimi ceciderũt hoc uicio ꝑꝑ ſuã
ſecuritatẽ. Timeatis filij. Si in alijs
peccatis timendum est: in isto multo
plus. Sȝ uere dicã. Hodie sub ſpũali
tatis nomine nouũ fit fornicationis
genus a pluribus. Heu quid ꝓferã.
Hodie n̄ verecundant̃ hoīes q̃nimo
gloriãtur cũ male fecerit. Aliq̃lis in
mulieribus uiget uerecõdia q̃q̃ par
ua. Sed in hoībus ita hec creuit ma
litia vt ille puteť auſcipẽs q huí⁹ do
ct⁹ nõ ẽ Quid plra. Hec sua ẽ festiui
tas: hec oĩs p̄dicatio. Obhᷓ freq̃ntãt
ecclesias ut mulieres uideant ꝛ earũ
utãť colloq̃js q̃tin⁹ ide luxurie crſcat
appetit⁹. Sed q̃d uir miser gloriarĩ
i malitia ista fõte q̃ȝ potẽs es i iniq̃ta
te. Cẽtuplo peccas q̃ȝ mlier. Mlier
mobilť aẽꝛ tu forte te existias illa i do
ilmo ſedȝ ꝛ tu uagãdo mille mõis eã
aq̃as ꝛ aliq̃ñ eaȝ cogis ut ui faciaȝ h
cũ facis q̃a ds̄ tacꝫ ut cogitas q̃d sit
tibi similť ſȝ uẽiet tp̄s q̃ arguet te ꝛ sta
tuet ꝯ faciẽȝ tuã. Vñ filij estote pru
dẽtes ſic ſpẽtes ꝛ simplices ſic colũ
be: ꝛ pugnate virilť cũ ãtiq̃ ſpẽte. Sit
lũbi vr̃i p̄cicti ꝛ lucerne ardẽtes i ma
nib⁹ vr̃is. Et tũc virilť agit[...] cõfor
teť cor nestrũ q̃m̃ q debellãt uos tie
bũt ꝛ i deo facieť virtutẽ: ꝛ ipe ad ni-
bilũ reducet tribulãtes uos.

De dilectione seu Caritate.

Redilecti filij diligite uos iui
cẽ. Nõ. n. accepi hoc ab hoīe:
ſȝ a ſaluatoꝛ ħ inq̃t ẽ p̄ceptũ meũ vt
ligatis inuicẽ. In ſola enim dilectio
ne oĩuȝ uirtutũ bona consistũt: ſic ex
una radice mlti exeũt ramuli: ꝛ ſic ex
caritate oẽs generãť vtutes. Si lin
guis hoĩuȝ inq̃t apostol⁹ loq̃ ꝛ ange
loꝝ ſi oẽȝ habuero ꝓphetiã ꝛ uoue-
riȝ misteria oĩa ꝛ oẽȝ ſciãȝ ꝛ si habue
ro oẽȝ fidẽ ita vt mõtes trãsferã cari
tatẽ ãt non habeã nihil ſuȝ q vãȝ cari
tatẽ hȝ benignus ẽ ꝛ patiẽs. Ille vãȝ
carita ẽ hȝ q ñ tm̃ ꝓxios diligit p af
fectũ cognatiõis ꝛ cãnis ſic Ethnici
ꝛ publicãi faciũt: ſȝ q ita diligit inimi
cũȝ ſic amicũ. In hoc vno põt hõ co
gnoscere q mãet in caritate: ſi ipe ab
eo diligiť q ei aduersať. Certe hoc
q̃plurimũ aduertẽdũ ẽ. Sũt q̃ȝ plu-
rimi q̃ diligunt ſȝ male. In tm̃. n. ali
quẽ diligũt q̃ dilectionẽ di p̄dũt. qui
aliq̃d ꝯ deũ diligũt deoñ sunt digni.
In cũctꝭ vtutib⁹ req̃riť tẽpantia: vt⁹
ſup vult mediũ. Nimis diligere ma
lũ ẽ: min⁹ diligere malũ ẽ: ſȝ vt ius exi
git diligere bonum ẽ. Oĩs dilectio q̃
nobĩ noȝ vitãda ẽ: ꝑꝑ nimiã dilectio
nẽ aliq̃ in luxuriã ceciderunt. Multi
oꝛõẽs ꝛ di obseq̃a dimiſerũt. Hoc q̃p
pe agit superfluus amatoꝛ vt q̃ diligit
semp videre velit: nimis ꝛ stult⁹ ama
toꝛ ignoꝛat ſiq̃dẽ ꝛ iusticiã ꝛ vitateȝ:
ratiõe caret modũ nescit: neq̃ȝ aliud
cogitaꝛ põt quã q̃ diligit. Amõ iste

UVA. BHSC. IyR_100_2

ū accipit ði ĩpoſſibil'tate ſolatiū neqȝ de difficultate remediū. Impoſſibile ē hoīez q̄ talē hȝ amorē ðo poſſe acceptabiles oīōes facere: h amor nō eſt caritas ſȝ ē ſtultitia. Oēs nr̄os debem⁹ diligē frēs ſicˇ noſmetipſos ita ꝙ vicia nō diligant. Pu̇ire malū caritas ē plus meliorē diligere iuſtū eſt ſic diligēdi ſūt hoīes' vt bōitās exalteť ꝛ viciū ðturpet v̄a caritas exigit vt deū diligāus ex toto corde ꝛ ex tota mēte ꝛ ex totꝫ viſcerib⁹ nr̄is ꝛ ita ſingulariť qð cū ðo nihil aliud diligāus ꝛ ꝓximū nr̄um ſicˇ nos. In duobus his mādatꝫ tota pēdet lex ꝛ ꝓphete Qui ſine caritate ē ſine deo eſt q2 deus ē caritas ꝛ caritas ē ðus q manet in caritate in celo ē vna caritas oium bonoꝝ. Ubi caritas vera ē ibi nulla inuidia ē ibi ābitio nulla cog°ſcit: nec murmur: nec ðtractio: nec ðriſio: ſed ē oib⁹ vna ꝛ eadē volūtas: hᵒ ſi tote frēs q2 ſi nō hētis caritatē ꝑfectā ſub diabolica ptāte eſtis: nec vltra deus vobiſcū hītat. Et q ſine ðo ē in inferno eſt. Iccirco ꝑdilectiſſimi filij mei orō vos dū tpſ hētꝫ ne i vanū ði gr̄iā recipiatꝫ. Gr̄a dei oib⁹ data ē ꝑ mortē filij ei⁹ dū iſto tpe breuiſſimo viuimus ſeminēus q2 poſtmodū ſuo tēpore metēus. Breues dies hoīs ſť ꝑcidiť velut atexēte vita nr̄a. Tanꝙ fur mors venit: cū mortuus fuēit hō ū ſumľ ðſcēdit cū ip̄o gl̄ia dom⁹ eis diuites in hōis ꝙuis in minimis ducūt dies ſuos ꝛ in pūcto ad iferna ðſcendūt. Opa cuiuſlibȝ ſequūť illū: patū eſt: vt hoīs cui⁹ mala ſēp fuit vita: bona ſit mors ſiue bonū ſiue malū tpe iſto feceritis: illð idē poſt finē mortꝫ inuenietis: ſi expectetis q2 tp̄s iſtud acceptabile ē: dū dulcē hētꝫ· nō ābuletis i teneb( q ābulat in teneb( neſcit q̄ vadat. Lux vera xp̄s ē q lucet i tenebris ꝛ illūinat oēȝ hoīez venietē ꝛc. Ut g° filij luc( ſitꝫ ꝛ tenebř vos ñ cōꝑhēdāt ad xp̄ȝ accedēte lapidē viuȝ ab hoīb⁹ reprobatū a ðo āt electuȝ ꝛ ip̄i tāꝙ lapides viui ſup edificāini: ꝛ in oīb⁹ exhibeatꝫ voſmetipſos tanꝙ ei⁹ miniſtros in mľta paciētia i tribulatiōib⁹ in neceſſitatib⁹ i āguſtꝫ in pelag( in carcerib⁹ in ſeditiōib⁹ in laborib⁹ in vigilijs in ieiunijs in caſtitate in ſcia i lōganimitate i ſuauitate i ſpiritu ſcto i caritate nō ficta in v̄bo veritatꝫ in uirtute ði.

De mēdatio.

Non ſit iter vos mēdaciū. Oīs vir mēdax abōiabil'ē ðo. Eſt nāqȝ ðs vitas ꝛ vitati obſtat mēdaciuȝ oē fugiat( v̄bū ocioſū. ð q̄libȝ. n. v̄bo ocioſo ꝛ vano redem⁹ ðo rationē Silētia diligite.

De ſiletio.

vbi ē mľtilogū ibi freq̄nť ē mēdaciū vbi mēdaciū ibi pectm̄. Sermo iudicat q̄l'ē hō. i ore ſacerdot( vľ mōachi raro vľ vnꝙ fit v̄bū i q̄ ñ ſonet nomē xp̄i. ſepe diuinā ruminet legē. Et .n. q i lege dñi m̄ditabiť die ac nocte ñ abiēs i ꝯſilio ipioꝝ neqȝ i via pectorū erit tāꝙ lignū plātatū ſec⁹ ðcurſ⁹ aqꝝ cui⁹ folia ñ ðcidēt ſȝ dabit frucū ſuū i tp̄e ſuo ꝛ oia q̄ꝙqȝ fecēit ſp ꝓſpabūť.

De mala ſocietate vitanda.

Certe nil taȝ nocet homini q̄ȝ mala ſocietas. Talis. n. efficiť hō q̄liū ſocietate fruiť nūqd cū agno lup⁹ habihabitať. Uir caſtus cert.

UVA. BHSC. IyR_100_2

certe luxuriosi ſocietatē fugit. Plus quā impoſſibile puto virū diutius in bonis pmanere operibus qui maloꝝ aſſidua cōuerſatione vtitur. Cum sancto pſalmiſta iquit ſanctus eris. ⁊ cum electo electus eris: ⁊ cū puerſuꝫ peruerteris. Sicut nanqꝫ nocet mala conuerſatio ita bona prodeſt. Nil pōt huic comparari theſauro. Qui bonam iuuenit ſocietatem uitam inuenit diuitijs affluit. Certe uere dicā: Perraro homo vel bon⁹ uel malus efficitur niſi ob ſocietatis cauſam pueri cor tāꝙ tabula in qua nihil pictū ē fore dicitur. Illud ergo qđ a ſocietate recipit uſqꝫ ad ſenectā retinet ſiue bonum ſiue malū ſit. Raro cum iuuene iuuenis habitet. Nam ignis ſi apponatur igni calorem nō extinguit ſed enutrit Semper uir quē delectat ſapientia ſe maiori etate: ⁊ ſapientia ſocius exiſtat. Alioquin ſibi ſimili ſocietur aſſidua ſocietate de ſtultitia in ſtultitiā dilabitur.

De iuramēto ꝓhibēdo.

a Nte oīa aūt fili mi nolite iurare oīno neqꝫ per celū neqꝫ per terrā neqꝫ p aliud quodcūqꝫ iuramētū. Sit aūt ſermo ueſter eſt ē: uō nō: cuius ore freqūēs ſonat iuramentū in ipſo hoīe praua ē dei cognitio ⁊ dilectio. Si non eſt qđ iuro deū eſſe nego. preceptū.n.dei prohibet. Non aſſumatis dei nomen in vanū.

De Oratione.

o Rationibus iſtate cōtinuis Multū valet freqūēs oratio ⁊ duota. Oratio hominē a terra ſubleuat: ad celeſtia vehit. ⁊ facit hominem cū deo loqui ⁊ gratias ab eodē obtinet: dūmodo ſit deuota ⁊ mixta lachrimis. Multum valet oratio frequens cōſparſa lachrymis ad ꝓmerendā diuinā clementiā. Ad exauditionis beneficiū obtinuit. Ezechias ſtatim gratias a dño ſuis lachrymis ⁊ orationibus vt mutaret ſentētiam quā ſibi dixerat. Liberauit de⁹ Suſanā a iuditio dire mortis pp orationem ⁊ lachrymas. Orationibus Helie celū dedit pluuiā qđ clauſū fuerat tribus ānis ⁊ ſex menſibus. Si quo egetis petatis dño orationibus ⁊ lachrymis in fidem nihil dubitantes. Qui fidē.n.verā habꝫ vt granū ſinapis qcqd petierit fiet ei Ille idē dominus ⁊ diues in oībus qui tūc erat. Et nūc ſpes noſtra ⁊ gaudiū noſtrū cogitatio noſtra: ⁊ oē deſiderium noſtrum ſit ſemp deus: qm̄ ex xp̄o ⁊ in ipſo ⁊ p ipſū ſunt oia in quo viuimus p quē mouemur ⁊ ſumus ſine quo penitus nihil ſumus.

De exortatiōe fratꝝ i hora mortis.

i Am filij mei nō multa loqr vobiſcum. Venit.n.hora ad quā natus ſum. hac cōditioe huc veni vt exirē. Nūqꝫ natus fuiſſē ſi mori nō debuiſſem. Suo tpe nō pepercit deus filio ſuo: ſed pro oībus nobis fecit ipſum mori in crucis ſtipite p cui⁹ mortē mors nr̄a mōs ē. Nemo.n.noſtrum ſibi viuit ſed nec moritur. Siue.n.viuimus ſiue morimur dñi ſumus. In hoc vocat̄ xp̄s dñs viuorum ⁊ mortuoꝝ. Si.n.xp̄s

UVA. BHSC. IyR_100_2

mortuus eſt certe nō eſt ſeruus maior domino ſuo. Jccirco ⁊ nos moriemur. Si eniꝫ reſurrexit habemus ſpem firmiſſimā quod ⁊ nos reſurgemꝰ. Et ſi Chriſtus reſurrexit amplius nō moreret̄ certe ⁊ nos poſt reſurrectionem noſtrā nunquā moriemur: ſed ſemp cū chriſto in gloria ſtabimꝰ. Cū.n. mortuus fuerit xp̄s verus homo noſter ſimul mortuus eſt vt deſtrueret̄ corpus peccati vt fieremus vnū corpus cū illo. Jccirco ſi reſurrexit Chriſtꝰ etiā reſurgemꝰ cum illo: qꝛ ſumus membra eius. Si aūt ⁊ chriſtus nō plus morietur nec nos ſimiliter. Quo quidē filij mei dilectiſſimi: ſi nunc morioꝛ credō quod redemptoꝛ meus viuit: ⁊ in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſuꝫ: ⁊ rurſuꝫ circūdaboꝛ hac pelle mea ⁊ in iſta propria carne mea videbo ipſuꝫ ſaluatorē meū quē viſurus ſum ego ipe qui nunc loquoꝛ: quē hic nunc cernis morientē: ⁊ non certe alius loco mei ⁊ iſti proprij oculi mei qbus vos video cōſpecturi ſunt. Unde dilectiſſimi filij mei videte quomō caute ambuletis non quaſi iſipientes: ſed vt ſapientes. ⁊ nolite ſecundū carnem ambulare: qꝛ ſi ſecundū carnē ambulabitis moriemini. Sed ſpiritu ābulantes facta carnis mortificatiōe nūc mecū exultate cantate ⁊ pſalite abiſcite veſtimenta luctꝰ ⁊ triſtitie. ſpargite cinerem de capite. iubilate deo ⁊ pſalmū dicite nomini eius. date gloriam laudi eius: quoniam huc uſque tranſiui per ignem ⁊ aquā. ⁊ ecce nūc inducit me ⁊ refrigeriū ⁊ introibo in domū domini vt reddā vota mea de die in diē. O q̄ lucrum ē mihi mori qm̄ viuere meū deinceps chriſtꝰ erit Ecce tereſtris domꝰ huius habitationis diſſoluit̄ vt alia ſuccedat non manu facta habitatio eterna in celis Ecce quod mortale ē veſtimentū exuoꝛ vt eternū iduar. Huc uſqꝫ pegrinatus ſuꝫ iaꝫ r̄deo ad patriā ecce brauiū capio pro quo in agone cucurri Ecce portū attingo quē tanto deſideraui deſiderio. Ecce de tenebris ad lucē de periculis ad ſecuritatē. de inopia ad diuitias. de prelio ad victoriā. de triſticia ad gaudiū de ſeruitute ad dominū. de tēporali ad ꝑpetuū de fetore ad odorē ſuauiſſimū vehoꝛ Hic cecus ſum ⁊ illuminoꝛ. vndique vulneratus ⁊ ſanoꝛ. Hic ſemp cō triſtatus ſum ⁊ ecce iaꝫ letificoꝛ. hic viuens ⁊ iam vere viuificoꝛ.

## De miſeria huius mundi.

O Uita mundi: nō vita ſꝫ mors vita fallax vita onuſta triſtitijs imbecilis ⁊ vmbratica: vita mendax: nunc flores ⁊ ſtatim areſcis vita priuans. vita timens. vita fragilis vita momētanea ⁊ caduca: que quāto magis creſcis tanto magis decreſcis cū plus ꝓcedis pius ad mortē propinquas. O uita plena laqueis quot in mundo homines illaqueas quot per te iam ſuſtinent tormenta infernalia. Quā beatus qui de tuis non curat vanis blanditijs. Quā beatus q tuas agnoſcit fallacias. Quā beatiſſimus q te benepuatus eſt. melioꝛ



UVA. BHSC. IyR_100_2

eſt negociatio eius argento ⁊ auro-
p̄mi ⁊ puriſſimi fructꝰ eiꝰ. O moꝛs
dulcis ⁊ iocūda. Naƺ certe es moꝛs
que vitā verā largiris que fugas fe-
bꝛes ⁊ vulnera famā extinguis ⁊ ſiti
O moꝛs iuſtiſſima pia bonis ⁊ aſpe
ra malis hūilias ſuperbū diuitē ⁊ po
tentē ⁊ exaltas hūilē. ꝑ te paupes ſa
nant: Tu aurū pꝛoicis tumalis das
ſuppliciū ⁊ iuſtis eternū p̄miū. Eia
boni milites chꝛiſti cūfidatis in dn̄o
⁊ i potentia virtutis eius. Nolite ti-
mere cōſequimini a dn̄o miſericoꝛ-
diā ſi ſeperabitis in eū. Eſt eni ipſe
pius ⁊ miſericoꝛs ⁊ nullū deſerit ſe-
perantiū in ſe. quis cōſiſus eſt i dn̄o
⁊ d̄relictus eſt. Si antē vos nūc d̄re-
linquo dn̄s nō ne vos recipiet. ipſe
eniƺ vobis legē cōſtituit in via ſua di
riget vos in ſemitā rectā ⁊ nō tradet
vos in aīaƺ pſequētiū vos. Viriliter
ergo agite ⁊ cōfoꝛtetur coꝛ veſtrum
⁊ ſuſtinete dn̄ƺ. Eſt eni dn̄s in celo
pius ⁊ miſericoꝛs: q ſuos ſolus nullo
mō d̄ſinit iuuare famulos. Nō tur-
betur coꝛ veſtrū neqƺ foꝛmidet Spe
rate ī dn̄o ⁊ effundite coꝛā illo coꝛda
veſtra: quia ipſe erit adiutoꝛ veſter.
Si enim abeo nunc iteꝝ me videbitꝭ
⁊ gaudebitis ſimul: quia nō multum
poſt hos dies quo ego vado ⁊ vos
poteritis venire. ⁊ vbi ego ero ⁊ vos
eritis in gaudio quod nemo tolet a
vobis. Mementote filij cariſſimi
quomō poſt moꝛtē Moyſi deꝰ ele
git Joſue ducē ⁊ pꝛotectoꝛē poplo
ſuo. Et eleuato Helia ꝑ turbinē i cur
ru igneo i celū fecit Heliſeū i populo

eē ꝓpphetā: iq regeuit ſpūs helye nū
qd nūc exinanita ē manꝰ dn̄i. An ob
litꝰ ē d̄s miſereri aut cōtinebit i ira
miſricoꝛdiaƺ ſuā. Dn̄s erit pars he
reditatis veſtre ⁊ calicis veſtri ⁊ ipe
reſtituet vobis hereditateƺ veſtram
Suſcitabit namqƺ ex vobis aliū pa-
ſtoꝛē: cui dabit verbū euangelizandi
⁊ ille ingredietur ſine macula ⁊ ope-
rabitur iuſticiā. Et rogo deū meum
qui edixit ⁊ reduxit me ſecūdū volū
tatē ſuā vt ſiqs ex me fuit ſpiritꝰ ad
obediendū pꝛeceptis ſuis quod i il-
lo quē mittet vobis paraclito ⁊ pa-
ſtoꝛe fiat duplex: En Euſebiū filiuƺ
meū p̄dilectiſſimū habebitis vobiſ-
cuƺ: ⁊ ipſuƺ tanꝙ me audietis. Ipſe
eniƺ erit vobiſcū in patrē ⁊ vos tanqƺ
filij obediētes in caritate cū humili-
tate ⁊ manſuetudīe ⁊ cū omni patien
tia ſi qd in vobis fuerit neceſſitas re
feretis ad eū. Obſecro vos vt ſolici-
siti s ſeruare vnitatē ſpiritus in vin-
culo pacis. Vnū coꝛpꝰ ⁊ vnus ſpiritꝰ
ſitis ſicut vocati eſtis in vna ſpe voca
tionis veſtre. Vnus ē deus ⁊ pater
omniū Jeſus xp̄s cui ſoli i vna ſimul
viuentes fraternitate placere cupitꝭ
eius eſtote imitatoꝛs: ſicut filij cariſ
ſimi ⁊ ambulate i dilectione: ſicut ⁊
ipſe dilexit vos ⁊ tradidit ſe meipƺ
ꝓ vobis vt redīeret nos ⁊ faceret ac
ceptabiles ſectatoꝛes bonoꝛum ope
rum. Vnicuique noſtrū det ipſe gra
tiam ſecundum menſuram domina-
tionis ſue det vobis de roꝛe ſpiritus
ſancti abunde vt habeatis coꝛ ad col
lendum eum. Ad aperiat coꝛ veſtrū

UVA. BHSC. IyR_100_2

in lege ſua ⁊ in preceptis ſuis vt co-
gnoſcatis eum ⁊ faciatis eius volun
tatem nec nos vnquā deſerat.

Ortatur Euſebium ad virtutes pre
lato neceſſarias.

t u autē Euſebi fili mi conſur
ge induere fortitudinē. Sem
per ſubdit⁹ eſto domino nec
emuletis eum vt neqter facias ſalus
tua a deus in ſempiternū erit ⁊ iuſticia
nō deficiat humilior ſis omnibus le-
ua in celū oculos tuos. Lex dei ſem-
per ſit in corde tuo. Noli timere ob-
probriū hominū ⁊ blaſſemias eoꝝ
nō metuas. ſi ſperabis in domino aſ
ſumes fortitudinē ⁊ veniet tibi pēne
vt aquile ⁊ volabis ⁊ nō deficies. vni
uerſa legis domini ſecure loqueris
omnibus. Ne timeas a facie homi-
nuꝫ quia cū illis eſt ſemper dñs cum
quibus eſt veritas deſcenditqꝫ cum
illis in foueā ⁊ in vinculis non dereli
quit eos ſed a ſeductoribus tutat il-
los ⁊ eſt illis adiutor ⁊ protector i tē
pore tribulationis. Certe non facile
timet mortem hanc imo vt plus di
cam odit hāc vitā q ſe bene ageṙ cer
nit. Ecce cōſtituo te ſup ſocietatem
iſtā vt euellas ⁊ deſtruas ⁊ diſpdes
⁊ diſcipes ⁊ edifices ⁊ plantes. opor
tet eni te eē irreprehēſibilē. Pōt ma
le alios corrigere cui pōt quē corrigit
dicere ⁊ tu ſimiliter facis. Tibi amo
do maior erit labor ſed maius premi
um. Eſto ſobrius prudens ⁊ pudic⁹
hoſpitalis ⁊ doctor nemini violentiā
facito: ſed omnes equaliter dilige ⁊
tanto plus quanto melior eſt. Non
ſis perſecutor ſed modeſtus non lit
goſus nec cupidus. Tu enim predi-
ca opportune verbū dei omnis ſcri-
ptura diuinitus inſpirata vtili⁹ ē ad
docendum ⁊ acquire verba que pre-
dices orationibus valet enim huius
modi predicatio ⁊ doctrina ad illu-
minandum ad arguendum ad corrū
pendū ⁊ ad erudiendum in iuſtitiaꝫ
vt perfectus ſit audiens ⁊ i omni bo
no opere inſtructus. Eſt enim xp̄s i
celo ſedens ad dexteram virtutis dī
reuellans miniſteria ⁊ docens omnē
ſcientiam. In omnibus fili dilectiſſi
me p̄be te ipſuꝫ exemꝑ luꝫ bonorum
opū in omni ſanctitate ⁊ bonitate. nā
capite patiente totū debilitaṫ corp⁹
Ut ergo te doceam breuiter facies
omnia bona ſi timueris deum.

Recomendat ſe orationibus
aliquorum.

p Atri meo reuerendiſſimo.
Damaſo portuenſi epiſcopo ſcri-
bens facies mei memoriam vt habe
at me in orationibus ſuis nec corrū-
pi dimittat opera que tanto labore
contexui ab hominibus iniquis ⁊ do
loſis a quibus ſepe expugnatus ſum
a iuuentute mea. Eccleſiam pruden
ter cuſtodiat ſciens quoniam mali
erigent ſe illaqueantes animas ſim-
plicium quos conatus ſum educere
in viam rectam loquentes in ore ſuo
⁊ gaudium habentes in labijs ſuis
quoniam obmutui. Et ſi lui a bonis
⁊ proiectus ſum in monumento dor
miens. Spero. n. i dño qđ benignus
ē ⁊ ñ dreliquet fideles ſuos. Gaudi-



UVA. BHSC. IyR_100_2

um eni habeo magnū ⁊ cōſolationez
preſumēs ꝺ miſericordia domini qꝺ
virum mirabilē ⁊ multe ſcientie ⁊ bo
nitas Auguſtinū Iponenſem epiſco
pum omni pfectione ⁊ veritate redi
mitū poſt me relinquo. ꝓpter quem
multā fiducīā habeo in xpo Jeſu ſu-
ſtentandi fidē noſtrā cui de me ſcri-
bens hꝰ ipſuz rogato vt tanꝗ fidelis
pugnet miles: ne veniant quod abſit
mala genti noſtre. Theodoro ſena-
tori ⁊ omnibus in Chriſto fratribus
me recomendes.

Oſculū pacis dat fribꝰ.

f Initis his verbis ſanctiſſimꝰ
iocūda voce cōuerſus ad fra
tres igt accedite huc vt tāgā vos fi-
lij mei anteq̄z a voƀ recedā ad quez
appropiquātibꝰ illis ſingulos brachi
is vt potē melius poterat āplectens
cuilibet pacis oſculū tribuit. Deinde
vocē mediocriter eleuās vult placi-
do ⁊ iocūdo extēſis ī celū manibꝰ cō
uerſuſq̄z ad dn̄z oculis gaudij lachri
mis inundantibus dixit.

Oratio quā fecit ad Jeſum.

p Je Jeſu virtus mea refugiū
meū ſuſceptor meꝰ laus mea
⁊ liberator meus ī quo ſpaui cui cre-
didi ⁊ dilexi ſūma dulcedo turris fō
titudinis ⁊ ſpes mea a iuuētute mea
voca me dux vite mee ⁊ reſpōdebo
tibi opi manuū tuaꝝ qꝺ tu ꝺ limo ter
re creator oīuz formaſti qꝺ oſſibꝰ ⁊
neruis cōpegiſti cui vitā ⁊ miſicor-
diā moriēs tribuiſti tue clemētie pō
rige dexterā. Jube dn̄e ne morer is
ga tēpusē vt puluis ī puluerē reuer-
tatur ⁊ ſpiritus redeat ad te ſaluato-
rē q huc miſiſti illuz. Api illi ianuas
vite. Nā cū ꝓ me ī ligno crucis tan-
ꝗ latro pependiſti tu ꝓmiſiſti mihi
ꝙ cū reciperes. Veni dilecte mi te-
neā te nec dimittā. Introduc me in
domū tuā. Tu ſuſceptor meus es ⁊
gloria mīa ⁊ exaltaƀ caput meū Sa-
lus mīa ⁊ benedictio mea Suſcipe
me miſericors deus ſecūdū multitu
dinē miſerationū tuaꝝ. Nā latronē
ad te currentē ī cruce moriēs ſuſcepi
ſti Poſſideā te beatitudo ſempiter
na. Cecū ſecuſ viā clamātē Jeſu filij
dauid miſerere mei lūīne tue viſiōis
eterne ilumiat. O lux inuiſibilis q̄ ca-
rens thobias clamabat. Quale mi-
hi gaudiū cū ī tenebris ſedeo: ⁊ lumē
celi nō video. O lux ſine qua non eſt
veritas nō eſt diſcretio nō ē ſapiētia
neq̄z bonitas: illum oculos meos ne
vnq̄z obdormiā in morte ne quando
dicat inimicus mīus ꝑualui aduerſꝰ
eū. tedet aīaz meā vite mee loquar in
amaritudīe anime mee egrotꝰ ſum
infirmata eſt in pauptate vita mea
oſſa mīa ſicut in frixorio cōfrixa ſunt
Et ideo ad te curro m̄dicū: ſana me
dn̄e ⁊ ſanabor ſaluū me fac ⁊ ſaluus
ero ⁊ qm̄ in te cōfido nō erubeſcā at
q̄s ego ſuz piiſſime deus vt tā auda-
cter loquar ad te. peccator ſuz ⁊ ī pec
catis totus natꝰ genitꝰ ⁊ educatꝰ ca-
dauer putidū vas fetidū eſca vermi
uz. Heu mihi dn̄e pce mihi. Que vi
ctoria ſi pugnādo mecū viceres me
q ſuz minꝰ ꝗ ſtipula āte faciē venti.
Dimitte oīa peccata mīa ⁊ erige de

UVA. BHSC. IyR_100_2

ſtercore pauperem. Certe domine ſi placet dicã non debes me recurrẽtẽ ad te fugare: quia tu es deus meꝰ Caro tua de carne mea ⁊ oſſa tua ꝺ oſſibus meis. Propter hoc nanque non derelinquens patris dexteram adheſiſtiꝰ mee humanitati factus homõ ⁊ deus ꝙ prius eras permanens in vna eadẽque perſona. Et hoc quare tam arduũ ⁊ inopinabile ꝑpetraſti niſi vt cõfidenter ad te recurrentẽ tãq̃ ad fratrẽ ⁊ vt tuã mihi misericõditer cõdonares diuinitatem. Quapropter exurge adiuua me dñe exurge ⁊ ne repelas me in finẽ.. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquaꝝ ita ſitiens aĩa mea petit te fontẽ viuũ vt hauriat aq̃s ĩ gaudio de fontibus ſaluatoris ne ſitiat ãplius. Quãdo veniet ⁊ apparebit ante faciẽ tuã domine mi: qñ reſpitiens reſtitues animã meã a malefactis eoꝝ ⁊ a leonibꝰ vnicã meã Utinã apẽderentur peccata mea qbus irã merui ⁊ calamitas ꝙ patior in ſtatera. Quaſi arena mariſ hec grauior apparet. Unde ⁊ ſi ãplius expectes tribulationẽ iueniam ⁊ dolorẽ. veni gaudiũ ſpiritus mei vt delecter ĩ te. Reuella mihi viã tuam letitia cordis mei iueniã te deſideriũ cordis mei. Sicut ſeruꝰ ꝑſtolaꝛ̃ finẽ operis ſui: ſic ⁊ ego te expecto. Intret poſtulatio mea in cõſpectu tuo dñe vt fiat manꝰ tua vt ſaluũ me faciat. Ecce virũ deſcẽdẽtẽ ĩ yherico q captꝰ a latronibꝰ vulneratꝰ ſuꝫ ſemiuiuus relictus ſuꝫ. Tu pie ſamaritane recipe me: peccaui nimis in vita mea: malũ corã te feci: nõ te cognoui ĩgratus fui tot beneficioꝝ tuoꝝ. Nõ vt decebat te laudaui: forte multotiens veritatẽ tacui: ĩ corde meo cũ pulſabas ad hoſtiũ cordis mei piger fui vt te reciperẽ reuerenter corpus putridũ velut vmbra ꝺcliatuꝝ nimio dilexi affectu verbis vanis os iquinaui mens mea nõ ſemꝑ fuit ĩ teſtamẽto legis tue: nõ auerti oc̃los meos vt ñ aliquãdo viderẽt vanitatẽ aures meas. quãdoq; v̉bis ĩutilibus inqnaui manus meas ad ꝓximi neceſſitateꝫ nõ extendi pedibꝰ ad iniq̃tatẽ cucurri. Quid plura dicã. A plãta pedis uſq; ad verticẽ capitis nõ ẽ in me ſanitas. Certe niſi in ligno crucis moriẽs me adiuuaſſes digna erit ĩ inferno habitare mea anima. Ego pie ieſu ſum pars tãti ꝓcij ꝓ me fudiſti ſanguinẽ tuũ ꝓcioſuꝫ nõ me refutes. ego ſum ouis que erraui. Require eam bone paſtor ⁊ appone eã ouili tuo vt iuſtificeris in ſermonibus tuis. Nã ꝓmiſiſti mihi qꝺ ĩ quacũq; hora peccator ingemuerit ſaluus erit. Holẽs factꝰ ſuꝫ iniq̃tates meas ego cognoſco ⁊ delicta mea corã me ſunt. Uerꝰ non ſuꝫ dignus vocari filius tuus qꝛ peccaui ĩ celũ ⁊ corã te. Auditui m̃o da gaudiũ ⁊ leticiã: auerte faciẽ tuaꝫ a peccatis meis delle iniq̃tates meas ſecundũ magnã miſericordiã tuã Nõ ſecũdu peccata mea; facies mihi neq; ſecũdũ iniq̃tates meas retribuas mihi: ſed adiuua me deus ſalutaris meus: ⁊ ꝓpter honorẽ nomis tui libera me Benigne fac ĩ bona vo



UVA. BHSC. IyR_100_2

uitate tua inhabitē i domo tua oib⁹ dieb⁹ vite mee vt in ſeculū ſeculi cuȝ habitātibus i ea laudē te. Surge propera ſpōſe dulciſſime aīe mee ⁊ noli cōſiderare ꝙ fuſca ⁊ nigra ē peccatiſ oſtēde illi faciē tuā ſonet vox tua i aurib⁹ meis vox tua dulcis ⁊ facies tua decora. Ne auertes eā a me ⁊ ne declines i hac hora a ſeruo tuo. Ne tradas me. Expecto te dn̄e. Credo videre dn̄i i terra viuētiū. Ueni ergo dilecte mi. Egrediamur in agrū. Videam⁹ ſi floruit vinea: cōuerte planctū meū in gaudiū mihi. iclina ad me aurē tuā accelera vt ď hac lachrymarum valle ⁊ miſeriaꝝ eripias me.

Precepit corpus ſuum in terris nudum ſepeliri.

e Cce vbi vir ſanctiſſim⁹ continuatus lachrymis ⁊ manibuſ in celū erectis dixit: parūper ſiluit: ď inde fratres ītuens dixit. Precipio vobis filij mei dilectiſſimi per virtutem ⁊ nomē dn̄i Jeſu vt corp⁹ meuȝ cū diſſolutū fuerit in terrā prope p̄ ſepe dn̄i mei nudū ſepeliatis: vt ferat ſecū rediens qđ veniēs apportauit. Nudus ide egreſſus ſum nudus reuertar illuc. Societur terra terre. Nō decet terraȝ ſociari lapidibus. Appetit eni naturaliter ſuuȝ ſimile quodlibet. Iteꝝ rogo vos qđ corp⁹ dn̄i mei ieſu xp̄i afferatis: ꝙtū i ſuo lumine videā lumē: vt firmās ſuper me oculos ſuos det mihi intellectuȝ ⁊ īſtruat me ī via hac qua gradior.

Petit corpus xp̄i ſibi dari.

Unc qdā fratꝝ ad locū accedēs ſacratiſſimū ieſu xp̄i corp⁹ obtulit. qđ vbi vir dn̄i videre potuit nob ei auxiliātib⁹ ꝓſtrauit ſe i terrā. ꝓtinus ⁊ voce ⁊ lachrymis ꝙtū poterat clamās. Dn̄e qs ego ſuȝ vt ſim dign⁹ ꝙ ſub tectū meū itres. Meruit hec peccator hō certe nō ſuȝ dign⁹. Tu moyſi noluiſti vno ictu te mōſtrare. Cur nunc tm̄ hūilias vt patiaris ad hoīeȝ deſcēdere publicanū ⁊ peccatorē. Et nō ſolū cū illo mādu care vis ſȝ te ipȝ ab illo māducari iubes. Cū que prope illū eſſet ſacerdos erigēs ſe vir domini glorioſ⁹ genib⁹ flexis eū cūctis tenētib⁹ magnis lachrymiſ ⁊ ſuſpirijs ⁊ ꝙpluries ꝑcutiēs pect⁹ ſuū dixit: tu es deus me⁹ ⁊ dn̄s me⁹ an forte alius. Certe tu es ille q cuȝ deus eſſes ſolus ante oia tp̄a ⁊ ſine pricipio gēit⁹ a tēpoꝛe eterna ⁊ iueſtigabili generatiōe q cū ip̄o pr̄e ⁊ ſp̄u ſancto vnus deus es ꝑmanēs illud idē qđ eras ⁊ es itra vnius puelle cōpuſculū te clauſiſti fact⁹ homo ſic ſuȝ vere deus ⁊ homo es: ſic. n. i virginabili vtero hoīeȝ ſuſcepiſti ꝙ nec ſine homīe deus es nec ſine deo hō ꝙuiſ nec diuinitas ſit hūanitas nec hūanitas diuinitas. Nō ſunt cōfuſe naturꝫ ꝙuis ſit vna ⁊ eadē i te ꝑſona ne es caro ⁊ fr̄ me⁹. vere ſic. fameȝ habuiſti fleuiſti ſitiſti: meas infirmitates habuiſti vt ego: ſȝ tm̄ i te peccādi ifirmitas ⁊ defect⁹ nō fuit vt in me. nō: eni pecaare potuiſti vt ego in te fuit corporaliter ⁊ ē ois plēitudo gr̄e. nō eni tibi fuit data gratia ad menſuraȝ Tua. n. aīa ſtatiȝ cū vnita fuit iſepera

UVA. BHSC. IyR_100_2

biliter diuinitati: oīa perfecte ſciuit ⁊
potuit que ipa pōt diuitas. Quātū
ad diuinā naturā que i te ē eterno pa
tri dō eq̄lis es ſed ob illā q̄ȝ pro nob
aſſumpſiſti hūanitatē minores. Nec
tū eo aliqd icurris vitupiū. Tu nem
pe ille es quē i iordanis alueo bapti-
zāte ioāne vox ſubito paterna celitꝰ
itonuit: hic ē gen s ē filius meꝰ dilectꝰ
i quo mihi bñ conplacui ipȝ audite.
Et ſpiritus ſanctꝰ iſte vt colūba deſcē
dēs te vnū eē cū pr̄e ⁊ eodē i ſubſtan
tia declarauit. Tu ne bone Jeſu pro
me crucis tā grāde i tuo iſto qd pñs
cerno corpore ſubiſti ſupplicium vt
mortē quā meis icurrerā flagitijs in
terimeres aīas antiq̄ꝝ q̄s dudū dia-
bolica poteſtas miſeras īfernalibus
māſionibꝰ retiebat recupares: ⁊ to-
tā hūanā naturā q̄ corruerat i mortē
ppetuā tuo cū ipa pacificato pr̄e ad
vitā iterminabilē tuo quē p ipa fudi
ſti ſanguīe pcioſo ruocares: cuiꝰ qdē
vite die reſurgēs tertia de illo in quo
mortuꝰ iacuiſti baratro certitudine
firmiſſima cōprobaſti. Quo qdem
nr̄a eſt ſolidata fides ⁊ aucta ſpes: vt
ſic icorruptibil' ipaſſibil' ⁊ imortal' re
ſurrexiſti: ſil' ⁊ nos reſurgemꝰ. tu cer
te bone ⁊ pie dñe poſt tuā mirabileȝ
⁊ ſingularē reſurrectiōeȝ q̄draginta
expletis diebꝰ qbꝰ expiētia lucida in
dicioꝝ m'tiplicīū te ab iferis viuum
reſurrexiſſe dclaraſti ⁊ nulla dubita-
tionis oriret' calligo ad celos cūctis
cernētibꝰ diſcipul' tua virtute ppria
aſcēdēs: ideq̄ȝ ianuas reſerās para-
diſi ad dī pr̄is oīpotēs dexterā cū ſe
diſti vbi ſine ſine manes. Tu iſup bo
ne ieſu a deo ꝯſtitutꝰ iudex viuoꝝ
⁊ mortuoꝝ ſicut i illo aſcēdiſti die ita
i tremēdo ⁊ horribili vniuerſali die iu
dicij deſcēdēs reddere ſingl'is ſecū-
dū opa q̄ fecerūt. Corā te certe tunc
pcident reges: oīs ſtrata erit dñatio
te tūc oēs tiebūt q te nūc ꝯtēnūt. qd
tūc tibi ifelices hoīes q nūc gloriātur
cū male fecerit dicēt q te oīa ſcietem
cernēt: qbꝰ nullū āplīꝰ erit remediuȝ
miſicōdie. Quid i cōſpectu tuo po-
tētis oīa cernēt oīa ⁊ ſolū qd iuſtū eſt
iudicāt faciēt miſeri q totū ſuū i mū-
di vanitatibꝰ ⁊ flagitijs amiſerūt tps
plus diuitijs q̄ȝ tibi iſiſtētes. plus fi-
lios ⁊ filias ⁊ mūdi gloriā momēta-
neā q̄ te diligētes cū tuum erga eos
iratū cernēt vultū: cū tā ſeuerā expe
ctabūt ſentētiā. cū eos minio quoq̄ȝ
cogitamie ⁊ ppria accuſabit ꝯſcietia
⁊ dmonū caterua ⁊ ſimul q̄libet crea
tura q̄ te deū offēdēdo offenderunt
cū videbūt ſtatiȝ cū fuerit ſentētia di
uulgata ſe adepturos tormēta: qbus
⁊ cōpꝰ ⁊ aīa ſimul cruciabit' cū diabo
lis ſine ſine nullū idē i ppetuū regiuȝ
expectātes. ve ve miſeris: q i iſto taȝ
breui tpr̄e viliſſimis bōis tēporalibꝰ
ebrij q̄ nō ſolū iopia auferūt ſuis poſ
ſeſſoribꝰ: ſȝ ⁊ ipaȝ ſuā faciūt idigētiā
negligētes i beluas redigūt. Ve ve
q ſaltē h' tāto timoꝝ peccare ⁊ tuā puo
care iracūdiā nō dſinūt ſi tuū nolunt
amore vt tenet'. Sȝ quomō pie ieſu
tu cui tanta eſt magnificentia vt nulla
queat explicare creatura: quem celi
mare ⁊ oīa que i eius ābitu cōtinent'
capere non poſſunt: qui idem totus



UVA. BHSC. IyR_100_2

vbiqꝫ pſ͞cns es nec intus iclusus nec extra exclusis idē in celo ad patris dexterā omniū ſupnoꝝ ciuiū beatitudo ⁊ gloria q tue celſitudinis ſpeciē contēplar: idē in terra pugillo ipſaꝫ cōtinens ⁊ cōcludēs. idē in mari ⁊ i abiſſis ad nutū regēs oia ⁊ cōſeruās. idē in iferno potēter dominaris ſub tanta panis breuitate cōtineris. nō particulariter ſꝫ itegre ac pfecte ⁊ iſeparabiliter. O ieffabil' admiratio. O omniū nouitatū nouitas. Oculi in te vidēt albedinē ſapore ſentit guſt⁹ odorem olfatus tactuſqꝫ ſubtilitatē reperit. Sꝫ auditus cordi repſētat i te illa nō fore accidētia. In te certe p ſe ſola exiſtūt accidētia ſine ſubiecto: qa nō vt hūanis videṫ ſenſib⁹ panis es ſed totus xp̄s ieſus integer ſicut i celo ad patris dexteram deus ⁊ homo Aue panis vite q de celo deſcēdiſti dans te digne ſumētib⁹ vitā nō ſicut māna qd i deſerto noſtris pluit patribus de quo oēs q māducauerūt mōtui ſunt. Certe q te digne ſumit quāꝙ morte corporali aia a corpoꝛ ſeparet: nō moriet in eternū: qa nō illa ſeparatio ē mortis: ſed de morte ad vitā trāſitus. Unde q te digne māducat in mundo moriēs tecū eterne viuere incipit. Tu panis angeloꝝ tua viſione angelos reficis ⁊ glorificas. Tu eſca es aie: nō corpus pinguas mentē nō ventrē. q i te nō impinguatur virtutib⁹ nimis eger iacet in flagitijs. Tu te māducātē vt cū decet i te trāſmutas: vt tui pticipatiōe efficiatur deus nec tamē in illū trāſmutaris veluti alia corporea facit eſca. Sꝫ ne te idigne ſuꝫ mētibus. Certe ad ſui penā ⁊ reatū te iteꝝ crucifigūt nō ꝙ te diudicet illa māducatio qm̄ impaſſibilis imortalis omnino es.

Be mal' ſacerdotib⁹ q idigne celebrāt

Eu dn̄e mi qd dicam. Quod hodie ſacerdotes comedunt in altari vt carnes volucrū ⁊ pecudū imo peius: Nocte fruunṫ mulieꝝ ac tu turpiſſimo: ⁊ te mane maſticādo comedunt. Ubi dn̄e latitas dormis an vigilas. Et tibi hoc acceptū ſacrificiū. Exaudis pces eoꝝ de celo ⁊ d ſede maieſtatis tue. Uere ſi hoc velles ſacrificiū ⁊ libamē ⁊ mēdax fieres ⁊ peccatoꝝ ſocius. Certe dn̄e ſi vera ſunt que per os locutus es ꝓphetaꝝ: ſi iuſtis ſolū ſupplicatiōib⁹ p̄ſto es: ⁊ ſi tibi placet eqtas. Hoc tale eſt impedimentū ſacrificiū ne fiat. quaꝫ ꝗꝫ in ſe ⁊ natura ſui ſacrificiū bonum ſit: nec poſſit violari malis ſacerdotib⁹: qa malitia nō diudicat ſacrificiuꝫ Uñ huiuſmōi ſacrificiū fit ad ſacerdotis p̄iudiciū ⁊ dānationē nec ꝓ q bus fit pdē imo vt veriſſime dicam q vitā ſacerdotis agnoſcit ⁊ eū ꝓ ſe celebrarī fac: fit i eiuſdē peccato ꝯſci⁹ necnō ⁊ pene pticipes. O magnū ⁊ i crutabile myſteriū. panis accidentia frāguntur per ptes ⁊ tam̄ i qlibet permanens particula tot⁹ iteger xp̄s ſicuti eras ātea O hūanoꝝ illuſio ſenſuū. frāgūṫ illa q̄ hūanis ſēſib⁹ videṫ accidētia ⁊ tam̄ nec frāgeris nec corrūperis. Te dētes videnṫ maſticare veluti materialē panē ⁊ nūꝙ maſtica

UVA. BHSC. IyR_100_2

ris. O nobile conuiuium i quo ſub pāis
⁊ vini ſpē totus xp̄us deus ⁊ homo
ſumit̄ ⁊ ita totus in panis ſpecie ⁊ in
qualibet eiuſdem particula ⁊ in vini
ſpē ⁊ in q̄libet gutta: ſicut in panis to
tius ⁊ vini ſpetie ſimul. Nā totus p-
fectus ⁊ integer ſub pāis ſpetie ⁊ ſub
q̄libet q̄tūcumq̄ minima cōtinetur
particula. ⁊ idem totus i uini ſpiecie
⁊ in qualicūq̄ gutta permanet. O eſ
ca ſacratiſſima quā uere comedēs de
us efficitur iuxta illud. Ego dixi dij
eſtis eſtis ⁊ filij excelſi omnes libera
tur a malis: impletur bonis et imor-
talis indubitāter efficitur. O ſacrum
noſtre pegrinationis uiaticum: quo
de hoc nec̄ ſeculo puenit̄ ad celeſtis
ierlm̄ conſortium p̄res nr̄i i deſerto
māna māducātes n̄ puenerūt ad ter
rā pmiſſionis q uero te cōedit i tui
fortitudīe ambulabit ad montem dei
oreb. O comeſtio delicatiſſima in q̄
oīs ſaporis ⁊ odoris ē ſuauitas ōe
delectamtum omnis medicia: omis
ſuſtētatio ⁊ oīs reges a labore. nec-
nō ⁊ omne q̄d deſiderari poteſt. Tu
certe uita es qua oīs uiuit creatura: et
ſine qua moritur. Tu es uita uitalis:
dulcis. amabilis atq̄ iocunda. O odo
ris tui ſuauitas egros recreat et debi
les: quos tuus facit ſapor ſalubres et
fortiſſimos. Tu lux illa icōp̄hēſibilis
que omnē illuīas hominē uenietem i
hūc mundū. tua mi domine ē oīs po
tentia: tuū ōe regnum: āte te curuabi
tur oē genu. Oīa quecū q̄ uis facis
in celo et i terra et mari et i oībus ab
yſſis. Tue nil ē quod poſſit reſiſtere

uolutati. In te ex te ⁊ p te ſūt oīa et
ſine te nihil. Eia ergo fidelis aīa gau
de epulare. Ne moreris his paſci de
litijs ne pigri terris hoc paſci conui
uio in quo nō carnes yrcoꝝ: aut tauro
ruz vt olim in lege: ſed ſaluatoris tui
corpus ſumēduz pponit̄. O ſignum
dilectiōis inopinabile: vt idez ſit da-
tor qō datū ⁊ donator ſit ipſuz donū
q̄ magna dulcedo tua domine quam
abſcōdiſti timentibus te ⁊ pfeciſti eā
ſperantibus in te. O ferculū excellen
tiſſimum: venerāduz ⁊ colendū: ado
randū: glorificāduz: ⁊ amplectenduz
omnib⁹ extollendū laudibus: exaltā
dum cunctis p̄conijs firmiter in cor-
dis viſceribus retinendū: ⁊ ppetuis
tēporibus animo alligandū. Cecidit
homo p cibū ligni vetiti ad miſeriaz:
p te vero releuat̄ ad eternā gl oriaz.
Tu certe in rectis ⁊ eruditis habitas
cogitatiōib⁹. Tu miſerrimū atrogan
tem ⁊ ſupbuz deteſtaris diuitē: eum
dimittens inauem ⁊ vacuū ac de te fa
melicū. Tu paupez iuſtū piū ⁊ humi
lez oībus eos iplens diuitijs tue do-
mus vbertate facias. In te ⁊ p te eſt
rectū iudic̄iū ⁊ eq̄tas. Tecū pruden-
tia ⁊ fortitudo ⁊ oīs victoria. Per
te ſancti regnāt in celeſtibus: p te do
ctores p̄dicāt per te iuſtus contra ho
ſtes viriliter dimicat. Tu ſupbū po-
tētē d̄ponis de ſede exaltādo hūilez.
Tecū ſunt oēs diuitie ⁊ glie. Te dili
gētes diligis. Qui ad te puro corde
vigilāt te inueniūt qm̄ cū ſimplicib⁹:
⁊ rectis corde ſ̄deris. Tu ſolus ante
omne p̄ncipiū oīuz eras ⁊ finis ⁊ pri-

UVA. BHSC. IyR_100_2

cipiuȝ: tu ſolus ſine tēpoꝛe a deo eter
no p̄e genitus. Quā beati q te dili-
gūt q aliud ꝙ te nō ꝯſiderant q de ⁊
aſſidue cogitāt q te digne comedunt
q tecū manētes oī tpe viaſ tuaſ cuſto
diūt. Certe q te iuenīūt ⁊ ſalutē hau-
riūt iterminabilē. O eſca mirabilis ⁊
ſtupēda delectabilis ac iocūda tutiſſi
ma ac ſ̄ oia poptanda in quo tot ſunt
innouata ſigna ⁊ mirabilia imutata ī
qua om̄e habet̄ delectamentum ⁊ ad
oiuȝ grāꝝ ꝓficimus incremētū ꝙ ſin
gularis ⁊ in audita tui liberalitaſ ī ꝗȝ
ſup abūdatiſſima: ac ꝓdiga largitas
vt tu neminē exoꝛtē facias niſi ad te
venire contēnat. Si qs ergo puulus
eſt ſecurus ad te vēiat ⁊ te comedēs
ſiet magnus ⁊ relinqs ſemitas infan
tie p vias ābulabit prudētie. Si qs
ꝺbilis ē ad te ꝯcliet: ⁊ ꝓtinus ſiet foꝛ
tis. Si qs infirmus ſanabit̄: ſi quis
moꝛtuus ē ſi te audire voluerit vitaȝ
interminabilē apprehēdet. Sed qui
magnus ē ⁊ foꝛtis nec hic te deſerat.
Nā ſemp abundāter in te inueniet q̄
paſcat̄. Nemo certe ſine te pōt viue
re ad momentū. Tu ſolus vitā das
oibus creaturis. Iccirco ꝺficit caro
mea: ⁊ coꝛ meū deus cordis mei ⁊ pſ
mea deus in ſecula. In te ſolū dele-
ctat̄ coꝛ meū ī te exultat anima mea.
Tibi ſoli adherere cupit mens mea
qm̄ q allungant ſe a te pibunt. Tu āt
dn̄e ne facias auxiliū tuū a me: ſȝ tuā
ad me inclina aurē miſericoꝛdie. Te
edat paup inops ⁊ ſatiet̄: ⁊ tūc viuēs
coꝛ laudabit te. O lux inuiſibilis in-
extinguibilis ⁊ oia vere illuminans.
Ceco huic ſec̄ miſerere mihi fili Da
uid clamāti: viſuȝ tribue quo te vide-
at. Propitius queſo dn̄e huic eſto
peccatoꝛi vt ſis mihi in adiutoꝛiuȝ: ⁊
in locū refugij vt ſaluū me facias. Et
tūc ſi ambulē ī med io ūbꝛe moꝛtꝭ nō
timebo mala quoniam tu mecuȝ es.
Moꝛtuus en pie Ieſu iaceo. Exur-
ge reſuſcita me ⁊ ꝯfitebor tibi: eger
⁊ infirmus ſum cui nulla eſt amplius
in carne ſanitas. Medi us es ſena
me: nudus affligoꝛ frigoꝛē diues es
indue me fame in hac ſolitudine peo
cibus es ſatia me. Sitio ſalubꝛe po-
culū es inebria me. Infixus ſum in
limo ꝓfundi ⁊ nō eſt ſubſtātia. Veni
in altitudinē marꝭ ⁊ tēpeſtas ſubmer
ſit me. Laboraui clamans facte ſunt
rauce voces mee. Iā intrauerunt aq̄
vſqȝ ad animā meā. Educ me de la-
queo iſto ꝓtectoꝛ meus gubernatoꝛ
meus firmamētū meū: ⁊ refugiū meū
dux meus rex meus ⁊ deus meus in
cuius cōmendo manibꝰ ſpiritū meuȝ
quē in crucis ſtipite redimiſti cui vi-
tam ⁊ miſericoꝛdiā tribuiſti. Reſpi-
ce dn̄e humilitatē meaȝ ne cōcludas
me in manus inimici hodie tecū igre
diā ī locū tabēnacli admirabil vt ha
bitē ī domo tua ī lōgitudinē dieꝝ in
ſeculū ſeculi. Hic reddit ſpiritū
Is finitis vir dn̄i glorioſus ſa-
crum dn̄i coꝛpus ſuſcipiēs ad
terram ſupinus redijt: deinde manꝰ
in modū crucis ſupra pectus tenens
Simeonis ꝓphete vaticiniū decan-
tauit. Quo finito ſubito cunctis qui
aderant cernentibus: tanta in loco in

UVA. BHSC. IyR_100_2

quo iacebat diuinitus lux effluxit: vt
inſtar ſolis radij quorūlibet vibraret
oculos ne poſſent moriente virū glo
rioſū aliquātulū intueri. Qua qdē
luce ad horā ꝑmanēte circūſtantium
quidā agmen angelicū ibidē viderūt
vndiq3 diſcurrentiū vti ſcintille i aru
dineto ſolent. Quidā vero angelos
non viderūt: ſed vocē lapſam celitus
audierūt ſic dicētē. Ueni dilecte mi
tēpus eſt.n. vt mercedē accipias pro
laboribus quos mei cauſa viriliť ſup
portaſti. Quidā tñ nec viderūt ange
los nec hāc audierūt vocē: ſed tm̄ cū
his a beato Hierōymo illa finita vo
ce hec adierunt verba. Ecce ad te ve
nio: pie Jeſu ſuſcipe quē tuo recupa
ſti ſanguine. Tunc ſubito illa lux diſ
paruit: ⁊ illa anima ſanctiſſima tanꝗ̄
ſidus oībus virtutibus radiās. cānis
reſoluta cēo celoꝝ regna adijt glorio
ſa in qbus iā certe tanꝗ̄ luminare cō
ſpicuū remittet: ⁊ ſplendore infinite
beatitudinis: ⁊ multoꝝ coruſcatiōe
ꝓdigioꝝ: qm̄ nō pōt abſcondi ciuitas
ſupra montē poſita: nec voluit deus
vt i morte ipſius lateret ſanctitas cu
ius vita ſanctitatis cauſa fuerat: ⁊ ſa
lutis totius eccleſie militantis. Tan
tus deniq3 illa recedente ſanctiſſima
aīa odor ſubſecutus eſt ꝑ dies nō mo
dicos vt nulla forte talis recordetur
etas. Sed certe dignū erat: vt illius
merita odoris ꝑcipue clarerent indi
tio q ad vnitatē fidei intemerate mē
bra fetida ſuorum verborum odore
reuocauerat.

Quomodo fuit reuelatus tranſi-
tus ſancti Hieronymi ſan. Cyrilo.

Ora nāq3 reuerēdiſſimi p̄res
⁊ dñi tranſitus huius glorioſi
diei erat vltima i qua qdē vt ſui able
te pius dñs gloria dmōſtraret ⁊ om
nib⁹ q in eccleſie domo habitant pro
ferret clarū lumen. Hoc modo Cy-
rillo ep̄o trāſitū glorioſi Hieronymi
ipſe dñs reuellauit. Cū iā dicta hora
Cyrillus deuotus in ſua cellula ora-
tiōibus inheret ſurſum in ſpiritu ra-
ptus velut in extaſi fact⁹ ſubito quo-
dā a monaſtio in quo vir ſanctiſſim⁹
migrauerat vſq3 ad celū mirabile: ⁊
ſpecioſiſſimū vidit iter cuius erat tā
ta pulchritudo ⁊ admiratio: vt ſicut
eodē poſtmodū teſtāte cognouimus
ſtupore velut amens effectus: huc il
lucq3 admirans ſui pauliſp credebat
obliuiſci. In hac ſiqdē mētis poſitus
anxietate: eleuauit oculos: ⁊ ecce an
geloꝝ maxia a mōaſterio ſocietas ve
niebat alternatis melodiaru3 ⁊ melli
fluoꝝ cātuū vocibus cōcinētiū quoꝝ
videbať vocib⁹ celū ⁊ terrā ⁊ oīa que
eoꝝ cōtinenť ambitu vndiq3 reſonař
ferebāt ēt ſinguli angeloꝝ ſinglos ma
nib⁹ cereas: quoꝝ claritas ſolis repel
lebat lumen: ſed qd addit admiratiōi
admiratio. Ad celū vertēs Cirillus
oculos nō miorē angeloꝝ cēnit nūerū
mō ſimili iſtis obuiā venientiū. Qui
rei huius anxius expectat aduētu3.
Interrogaſſet qdē qd h⁹ eſſet: ſ3 ita
cū ſtupor oppſſerat: qd qd diceret ne
ſciebat. At illo diutius expectāte glo
rioſam vidit Hieronymi animā pre
cunctis que ibat angelis ⁊ ſequeban

UVA. BHSC. IyR_100_2

